

(p. 268) 9. <Sē>predictus comes Rothbertus, cuius ope ac studio corpus sancti viri translatum est, triduo¹⁶⁰ ante^a diem festivitatis eiusdem, cum maneret apud Beneventum^b, <febr>e valida correptus languere graviter cepit. Quid igitur faceret, quid eligeret, cepit¹⁶¹ satis anxie cogitare, quoniam tantę festivitati et interesse <sibi> optabile^c nimium erat et interesse illum valde difficile languor effecerat. Quid ergo faceret, quid¹⁶² eligeret, ignorabat. Dolebat <siquide>m succumbentem se ad egritudinem, sed multo potius dolebat absentem se ad instantem festivitatem. Quid autem faceret, quid eligeret, <penit>us nesciebat.angebatur languore^d extimo^e corporis, sed non minusangebatur dolore intimo cordis. Tandem vero erectus in spem celestis^f auxilii vir <deo devo>tus et credens omnia¹⁶³ esse possibilia deo cepit fiducialiter cogitare et indubitanter credere, quod, si aliquomodo sibi representari daretur <ad v>iri dei Mennatis memoriam, procul dubio sanaretur. Hac igitur intentione plurimum roboratus surgens continuo, quoquo modo poterat, <ven>it Airolam. Altera vero die¹⁶⁴, quę sancti dei p̄cedebat festivitatem, ad eam sollemniter celebrandam cum maxima suorum frequentia illō^g, <ubi> sanctum corpus requiescit, profectus, dulce ac mirabile dictu, mox ut¹⁶⁵ sancti viri sancta limina tetigit, febrem evasit, ita ut ab eadem <hor>a nil prorsus eius-

Mir. c. 9. a) die Kürzungsstriche und Oberlängen von ante – Beneventum (siehe unten Var. b) teilweise abgeschnitten. b) siehe oben Var. a. c) korr. aus obtabile. d) über getilgtem dolore hinzugefügt. e) über der Z. hinzugefügt. f) über getilgtem divini hinzugefügt. g) in locum V.

160) Wohl der 8. November. Der Tag des Heiligen war ursprünglich anscheinend der 10. und wurde später auf den 11. November verlegt. Vgl. Giovanni MONGELLI, *Menna, eremita nel Sannio, santo*, in: *Bibliotheca sanctorum* 9 (1967) Sp. 343f.; Jean MALLET / André THIBAUT, *Les manuscrits en écriture bénéventaine de la bibliothèque capitulaire de Bénévent* 1 (1984) S. 249 Anm. 2. In Leos eigenem Kalender (Vat. Borg. lat. 211) sowie in den fast gleichzeitigen cassinesischen Kalendern Vat. Urb. lat. 585 (fol. 19^r) und Paris, *Bibliothèque Mazarine*, 364 fehlt Mennas conf. Vgl. Paul LEJAY, *Notes Latines V, Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes* N. S. 18 (1894) S. 50; HOFFMANN, *Kalender* (wie Anm. 54) S. 122.

161) Siehe oben Anm. 91.

162) Philipp. 1,22: quid eligam, ignoro.

163) Matth. 19,26: apud deum autem omnia possibilia sunt.

164) 9. November.

165) *Lupus von Ferrières, Vita Maximini episcopi Treverensis* c. 21, hg. von Bruno KRUSCH (MGH SS rer. Merov. 3, 1896) S. 8: ut beati viri limina tetigit.